

quâ Daniel res gestas *Antiochi* obſignare videtur, & à typo tranſire ad *Antitypum*. eâdem ſuperius uſus fuerat v. XXVII. cum diſceſſum pararet ex *Aegypto in Judæam*. quaſi diceret: quandoquidem alia adhuc reſtat *Eccleſiæ Chriſtianæ* facies ad conſummationem ſeculi duraturâ. non *Synagoga Judaica*. aliquando ſepeliendâ & pridè ſepultâ. **קַיְטַבְתָּ** SUB TEM- PUS FINIS. v. 40. c. IIX. 17. XII. 4, 9. i. e. per hypallagen, circa finem ſeu extremitates temporum, ut rectè *Tertullianus* interpre- tatur, quæ in nos devenerunt. 1. Cor. X. 11. Hinc preces in pri- mitiva Eccleſia receptæ fuerunt **PRO MORA FINIS**, quibus *clauſulam ſeculi* precabantur differri, quam noverant, *Romani Imperij commeatu*, h. e. præfixo ſpatio, retardari. Hæc textus *συνεπεία* moti **מֶלֶךְ** non hunc numero Regem, ſive *Antiochum* ſive *AntiChriſtum* quadrimulum *Pontificiorum*, tres annos ſo- lares cum dimidio, ſi diis placet, victurum, neque *Constanti- num M.* ſed indefinite aliquem Regum denotare adſerimus. eò quod vox **מֶלֶךְ** indifferenter ſe habeat ad quamcunque for- mam regiminis. ita ut nec *Imperium hybridum*, quale eſt *Pon- tificis Romani* è ſeculari & ſpiritualei iurisdictione mixtum & conflatum excludat. *Galli* dicerent *un Souverain*.

l. 1. ad Na-  
tiones. 1. de  
cultu fem. 9  
c. 32. & 39.  
Apologe-  
tici.

§. 17. Non aliter *Arabibus Sultaan*, *Tartaris Chaan*, *Per- ſis Schach*, *Turcis Padſchach* diverſas imperiorum formas, *Regiô* nomine ſignificant. hinc *Papa Romanus Perſis* vocari ſolet *Rum ſchach*, vel, *Rumbeg*, rex ac *Dominus Rome*, notante *Job. Leunclaviô*, *Rabbinis מֶלֶךְ אֶדוֹם* rex *Edom*. Lucem in- de capit **שֶׁשׁ** *Scheſchach*, *Jerem. XXV. 26. LI. 41.* quod ex idio- mate *Perſico ac Babylonico* idem eſt cum **מֶלֶךְ** *Regem* vel *Regiam* designans. quod miror oculos effuſiſſe *Job. Seldeni*, qui alias acutum videt, *Job. Gerardi Voſſii* & omnium, quos novi, *Com- mentatorum*. Sanè obſtare viderur **דַּמּוֹנִי** *demonſtrativum*, quod *Ebrais* dicitur **הַיְרִיעָרָה**. Verùm illud, ſicut & *articulus Gra- cus* multoties *πυγελαια*. quia *uni-verſitatis* quandoque ſignum eſt. ita **ὄστυνας** *Marc. III. 26. Luc. XI. 18.* colluviem notat dia- bolorum, **ὄστυνας** *Marc. II. 27.* totum genus humanum. Vel ſi ſubjectum determinat, non ſemper designat unam nu-

Onomaſti-  
co poſter.  
p. 89t.  
Syntagm. 11  
de Diis Sy-  
ris c. 13V. de  
idololatri-  
v. Grotio ad  
Matt. 12. 32.  
appendice  
p. 101.